

cum suapte natura amovibile tribuit, se eum nunquam revocaturum; peccat Superior hic, & ea promissa nulla est ex jure C. cum ad Monasterium de Stat. Monach. eamque proinde revocare potest; at si promissionem jurjurando firmavit, eam non amplius absque perjurio revocare potest, quia communis regula est, inquit Sanchez, & Tamburinus c. l. j. ramenta, cum absque peccato id fieri potest, semper servanda esse; eadem est ratio jurantis se suum testamentum nunquam revocaturum. At jurandum in proposito facti specie est profectus aliud, ut ex rationibus jam explanatis compertum sit.

Itaque Consilium concludit, I. Religiosam, de quo sermo est, peccasse, si jurjurando promisit id, quod se prestiturum in animo non habebat, quodque ea ipsa proprii Ordinis Statutis, communicare juri contrarium, & simoniacum erat. II. Eundem Religiosum non posse citra culpam suam jusjurandum implere, & proinde sua Parochia proventus propriis Superioribus disponendos relinquere; quia committeret Simoniam, quae occurrit in promissione, quam ab eo Generalis extorsit, & penis annuis contra Simoniacos in Jure pronuntiatis obnoxius foret; esset excommunicatus, & irregularis, ejus Beneficium esset impetrabile, & dubio procul ipse eo spolietur. III. Religiosum perjurum non fore, si suum jusjurandum non servet, quia est contra bonos mores, ac proinde nullum; verum ut scrupuli, qui laboriosi possent, disjiciantur, e re fore, ut ille ad Pontificem consurgat, quo a jurjurando liberetur, atque ita in id unum incumbat, ut suo muneri satisfiat.

Decisum hac die 27. Augusti an. 1693. G. Fromageau.

C A S U S X.

Parochus, qui se abdicat, ut contra se excitatam procellam sedet.

1. Cum Parochus vel absque culpa gravis procella in sua Parochia coorta occisus est, tenetur Beneficium dimittere, si intelligit nullam aliam procellam tranquillanda rationem sperare. 2. Id non nisi consensu Episcopi faciendum est.

Q U A E S I T U M.

Cum non vulgaris loci Parochus integra valetudine, & plena cum cognitione suam Beneficium pure, & simpliciter dimissit, ejus frater illud obtinuit a Collatore; duobus post annis cum dimidio Frater possessione destitutus egit cum Titulari, ut ad suam Beneficium rediret; acta, & in id adhibita consilia cum Titularis provisionibus delata sunt ad optimos Advocatos Curiae Parisiensis, in cujus jurisdictione Beneficium positum est; plurium quoque clarorum Officialium rogata sententia est: nemo censet; quaecumque prior Titularis molitus est, a ratione adhorret; certulque expositur excitus, si ad rectum tribunal negotium deferatur.

At Parochus gravitas, condito partium, inter quas orta est contestatio, circueit, quam prior Titularis adhibet in suis consiliis, & in factum, quod ut se commendaret, evulgavit, miseratio, qua expoliatis homines prosequi solemus, & ingenta propositio, quae nos ad malum facile credendum adducit, haec omnia jam in Parochia scandalum excitantur eo majus, quod Parochi familia ibidem praecipuo loco est; experientia haec praesentem Titularem certum efficit fore, ut scandalum magis, magisque augeatur, & insanabile forsitan evadat, si negotium diutius perduret, & in tribunalibus perfonet.

Ceterum alter jam annus est, ex quo ille Superiorum, consanguineorum, amicorum auctoritate utitur, utilia proponit, maximamque moderationem, & patientiam impendit; nihil horum tamen potuit fratris animum componere, quippe qui adeo exacerbatus est, ut nulla tranquillitatis spes affulgeat, ac Titularis persuasam habeat, si negotium Senatus judicio subiecerit, & vel Solemnioribus Rescriptis in Parochia possessione retentus fuerit, suam fratrem querelis, injuriis, libellis, fraudibus, aliisque ejusmodi adversum se bellam implacabile genere non destitutum, veneni quoque, vis, & aliorum id generis facinorum minus perterrefactus est.

Titularis, re sedulo ponderata, ut est ad pacem natura factus, Parochiam pure, & simpliciter in Collatoris manu abdicare paratus est. Parochus hic idoneus est, ac si Parochiam dimittat, nulla spes est fore, ut aliud officium sibi accommodatum inveniat. Collator vero timet, ne is, quem Parochus dimittentem, ad illud Beneficium nominaverit, pariter a prioribus Titulari, qui obtinuit animo est, perturbetur.

Præfens Parochus, quo est animi candore, nihil aggredi voluit sine consilio sui Directoris, cui animi sui, hujusque, prout hic expositum est, negotii statum dextit. Ille vero

ut in adeo salebrosa re prudens eidem consilium det, quaerit a Sorbonæ Doctores:

I. An hic Parochus in foro conscientie tenetur in praesenti rerum discrimine se Parochiam abdicare, ut scandalum de medio tollat, & Parochiam pacem restituat?

II. Facta hypothesi ad id eum non teneri, quaeritur, an ob eandem causam, & ut bello, quod sibi immineret intelligit, occurrat, possit hic Beneficium pura conscientia Parochiam dimittere, quavis sit verosimile eum deinde sine officio perstiturum?

III. An possit tuto animo Parochiam retinere, atque ita se exponere universae persecutioni, quam expectare debet, & scandalo, quod calumnia & injuria persecutorum praesentem in infirmis animis, quorum magnus est numerus, potenter excitare?

IV. Facta hypothesi eum posse tuta conscientia Parochiam retinere, tum dimittere; quaeritur, utrum ad adificationem, propriamque salutem fatius sit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscripsum existimat graviores difficultates, quae occurrunt in proposito facti specie, non in eo positam esse, utrum Titularis Parochia, de qua quaeritur, suam Beneficium dimittere possit, sed utrum debeat. Postquam certum faciunt magna, quae ingruunt, obstacula, quaeque difficultat superari possunt. Quod attinet ad obligationem, facta hypothesi, quicquid in expositionem allatum est, verum esse, & Titularis imaginatione, seu nimia religione difficultatibus pondus non addi.

Respondetur, Parochum, de quo agitur, postquam ea omnia adhibuit remedia, quae ad sedandam, quam patitur, persecutionem aptissima judicavit, debere (nisi peculiaribus de causis censetur utilis esse, ut suam ipsam Parochiam resignet, aut permoret) eam dimittere in manu Collatoris, a quo ipsam accepit; ut digniorem, quod facere debet, de ea providat.

Nititur obligatio hac primo loco ratione personae Titularis, ita ut adhibita minime legitimum fundamentum suppeditant timendi de ipsius vita, quam ille ceteroquin tueri debet, cum de ea pro bono Religionis, aut salute proximi exponenda non agitur.

Deinde vero Titularis hic est occasio, licet non vitio suo, excitata procella, adeoque si ejus sedanda, si tollendi scandali, si demum Parochia ad pacem revocanda nulla alia ratio praesto sit, quam Parochia abdicatio, ille quidem ea se abdicare debet, ut in alterum conferatur, qui Titularis fratri minus odio erit, & cujus occasione Deo non tam graves injuriae, ut sit verosimilimum, irrogabuntur.

Ad extremum Beneficium a Titulari nostro, licet ad illud administrandum idoneus sit, dimittere esse ex eo clarus evincitur, quod per ea, quae contra ipsum suscipiuntur, & quae in Expositione commemorata sunt, impeditus est habitus, & semper etiam impeditur sua Parochia professio, ut proinde in fede, quam occupat, evadit inutilis, atque adeo fortassis noxius in eo discrimine, in quo res sunt, & in quo fore praevidentur. Atque ad questionem quidem primam ita responsum sit.

Ad alteram respondetur, ut Titularis Parochiam retineat, non satis esse asserere, fore, ut ille congruo munere careat; ei quippe, utpote idoneo officium non deerit; praeterea debet ille multorum bonum suo privato commodo anteferre; neque vero redditurus Deo rationem boni, quod non fecerit, cum facere non potuerit; at redditurus esset ejus, quod impedivisset, Parochia non abdicata, quoniam hoc modo ipse, licet ex suorum adversariorum improbitate, ac persecutione, sua Parochia bono obstaculo esset.

Ad tertiam, si id unum ageretur, ut injuste persecutiones perterrentur, ideoque Religionis, & Parochiae bonum requireret, ut Beneficium in suo manere perseveraret: tum sane patientiam, & fortitudinem a Deo deberet exire petere, atque ita Beneficium ob ejus bonum, suamque subditorum salutem retinere; verum id e converso agitur, ut grave scandalum, quod ejus occasione in Parochia excitatum est, de medio tollatur, & ibidem tranquillitas reparetur. Porro sperandum est, fore, ut Titularis alius eo longe melius, qui in praesentia Parochiae praesent, ejusmodi bonum procuret.

Ad quartam, Titularis Parochiam dimittere ad suorum Subditorum adificationem, & ad suam ipsius salutem multum conferret, quoniam suae Parochiae tranquillitatem conciliabit, & non amplius obnoxius occasionem ledendi Dei, vel ut ab aliis ledatur, efficiendi. Quamobrem, his omnibus positis, ponderatisque, Titularis, de quo quaeritur, se Parochia abdicare debet, nisi Ordinarius, cui praesentem difficultatem tenetur exponere, spectatis quibusdam peculiaribus circumstantiis, aliter judicaverit.

Decisum die... Decembris an. 1695. G. Fromageau.

Parochia nomine venit Beneficium, in quo est animarum cura; videlicet in quo Sacerdos tenetur invigilare rationibus gregis sibi ab Ecclesia concrediti, cum erudire, ei Sacramenta administrare, ei denique, prout opus fuerit, opitulari, quoniam debet, docente Divo Paulo, animarum omnium, quam curam habet, Deo rationem reddere. Haec Parochia cum Ecclesia orae sunt; Apostoli quippe in Ecclesiis recens instituti creantur Presbyteros, qui eas una cum primo Episcopo administrarent; & hic quidem Episcopus ad earundem Ecclesiarum regimen alios, cum opus esset, instituendi potestate gaudebat. Amplificata deinceps Ecclesia, & Fidelium numero succrescente, necesse fuit in una, eademque Urbe plures Ecclesias extrui, quippe cum Episcopalis satis non esset, statuique Presbyteros, qui rusticanis Ecclesiis praesent. Constat Operari temporibus quadraginta Basilicas, quas regebant Presbyteri, Romae fuisse, & Cornelius Pontifex in sua ad Fabium Epistola restatur in Romana Ecclesia quadraginta sex Presbyteros extitisse. Qui Episcopalem Ecclesiam, quae Cathedralis dicta fuit, administrabant, subsecutis temporibus Canonico nomen sumpserunt; ceterique Presbyteri Ecclesiis aliis tum Urbanis, tum agrifibus deserventes nominati sunt Parochi, & eorum Beneficia Parochia. Haec Parochia prioribus Ecclesiarum saeculis nuncupatae sunt Tituli, scilicet loca precum, aut orationis, quae circum undique lustrabat Episcopus Fidelium congregationem habiturus, antequam singulis in locis Presbyteri staretur. Hac distributione opus fuit in magnis Urbibus, ut Romae, & Alexandriae, ubi ineunte saeculo IV. plures Ecclesias, & in singulis Presbyterum docendo populo additum intelligimus extitisse. Haud ita multo post Oratoria ruri extrui coepit fuit Curatorum Beneficiorum, seu Parochiarum exordium. In parvis Urbibus sufficere Cathedralis; unde adhuc in pluribus Cathedralibus Parochia sunt.

Pluribus Senatus Rescriptis declaratum est, Episcopis jus esse Parochias in suis Dioecibus erigendi; & Senatus Burdegalenis Rescripto suo diei 23. Maji ann. 1669. Episcoporum potestatem agnovit, & in Constitutionibus ab Episcopo Baionensi in hanc rem editis nihil absonum existere pronunciauit. Omnes etiam Parochiae Episcopali Jurisdictioni subiectae sunt, sive illae ad Sancti Joannis Hierosolymitani, sive ad alios Regulares Ordines spectent; adeoque Episcopi eas possunt invisere, eorumque Mandatis Parochi se subdere debent. Negari non potest aliquando Parochias exemptas in Monasteriis extitisse, quae quidem exemptae Parochiae ex parte inde ortum traxerant, quod ab initio in aliquibus ex suis Parochiis Monachi ipsi Parochorum munere fungerentur. Cum enim, quod ad ipsos spectabat, ab Episcopi visitatione exempti essent, quia juxta propriam Regulam ab Abbatibus dependebant, hanc eandem exemptionem in suis Parochiis servare voluerunt, cum earum administrationi saeculares Presbyteros praeficere coacti sunt; atque hac ratione pedetentim Territorium, & jurisdictionem Episcopalem sibi comparant, quae quidem Jurisdictione ad eos minime pertinebat, quippe cum ab ea illi non solum communi jure, sed propria quoque Regula removeantur. In hoc plerumque Pontificum Decretalibus confirmatum adhuc alicubi persistit.

Parochiarum, ad quas nominatio Episcopi est, collatio ad Capitulum spectat, Episcopalis Sede vacante, ut Parisiensis Senatus Rescripto die 6. Septembris ann. 1642. definitum est. Parochiae tam Regulares, quam Saeculares subiectae sunt juri vacationis ad Archidiaconos pertinentis, exceptis iis, quorum Titularibus permutatione, aut resignatione in favorem provifum fuerit. Ita judicatum est Rescripto Parisiensis Senatus in favorem magni Archidiaconi Carnatenis, cui servata est possessio juris vacationis in Ecclesia de Camp-ront, quamdiu contentiosa fuit. Rescriptum hoc est diei 26. Augusti ann. 1651. Aliud magna Camerae die 17. Decembris ann. 1652. servat idem jus Archidiaconi Sueffionensis. Omnes Normandiae Episcopi gaudent jam pridem vacationis jure, quod eorum gratia communique jus quodammodo evasit. Praescriptio potest in hac facti specie tituli loco esse, quia absolute, & generaliter loquendo perceptio fructuum ex vacatione cum Episcoporum jure non pugnat. Antequam decimar, alique redditus, qui Episcopis cum Parochis Ecclesiis administrantibus communes erant, distribuere, maximam eorum portionem Episcopi percipiebant. In eorum quoque potestate erat aliis, quod congrueret, assignare; poterunt etiam, quin communi juri vel tantillum derogarent, sibi sumere, cum partitio facta est, semel annua omnium Parochiarum, quae in eorum Dioecibus existebant; quemadmodum etiam in Gallis Dioeceses aliquae sunt, in quibus Episcopi Parochiarum decimis quarto quoque anno fruuntur; quod ex eo esse sit verosimile, quod quartam sibi partem in earum partitione retinuerint.

Parochiae Abbatibus, Prioratibus, Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis unita Vicariatus perpetui loco, & titulo habenda sunt per Constitutionem ann. 1629. art. 12. Archiepiscopi, & Episcopi praecipiant Abbatibus, Prioribus, Capitulis, & ceteris Ecclesiasticis, qui gaudent jure Parochorum primitivorum in Ecclesiis per Parochos amovibiles administratis, ut definito tempore sibi nominent Presbyteros iis qualitatis praeditos, quae ad Vicarii perpetui munus obeundum requiruntur, iisque congruam portionem assignabunt ipsorum sustentationi convenientem, Parochiae, & Servitiis praestandi ratione habita. Capitula, quorum mensa Parochiae unitae sunt, iisdem Vicariis perpetuis praeficiendis curabunt, & quia Capitulum Lingonense tertio quoque anno Canonico delegabat, ut Ecclesiae Sanctoium Petri, & Pauli, quae ejusdem Capituli Mensa unita erat, deserviret, Parisiensis Senatus Rescripto in Reformationis modum edito die 21. Februarii ann. 1664. declaratum est, id Capitulum facere non licere, statutumque, ut dictum Capitulum Lingonense, alia & omnia Capitula, & Communitates Senatoriae Jurisdictionis, quae Parochias habent suis Mensis unitas, iis statim providendum curarent.

Vide. ( PAROCHI.



C A S U S I .

De atate ad Parochiam possidendam necessaria .

Non potest absque dispensatione possideri Beneficium , quod animarum curam habet , ante atatem annorum viginti quinque .

Q U E S I T U M .

Possuntne Parochie Provisiones tribui Clerico , cujus etas sit tantum annorum viginti trium cum dimidio ? Potestne Ordinarius ei Vasa tradere absque dispensatione ?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat , ut quis obtinenda Parochie sit capax , annorum viginti quinque etatem requiri , ut liquet ex c . Cum causis de electi . Et electi potestate S . inferioris ; atque ita Episcopus ei Vasa tribuere non debet , qui etatem hanc nondum attingerit , nisi ille dispensationem obtinuerit : Superiora Ministeria , ( Decretalis hujus verba sunt ) ut puta Decanatum , Archidiaconatum , & alia , que curam animarum habent annexam , nullus omnino suscipiat , sed nec Parochialis Ecclesie regimen , nisi quis jam viginti annorum annus attingerit , & scientia , & moribus commendandus existat . Hoc principio posito , non debet Ordinarius conferre Vasa Clerico annorum tantum viginti trium cum dimidio , quoniam etatem ad Ecclesie disciplinam prescriptam non habet , facta hypothese nullam ei dispensationem praesto esse ; si enim adesset dispensatio , nulla difficultas occurreret , modo alias dotis necessarias haberet , ut dicitur in Glossa capitulis Cum in causis vi . argerit .

Decisum die . . . Augusti ann. 1679 . Augustinus de Lamez .

C A S U S I I .

Parochia non administrata , resignata cum pensione .

Non potest percipi pensio ex Parochia per annum retenta , & hoc quidem tempore administrata . Quandoenam pensio ex Beneficio percipi possit ?

Q U E S I T U M .

Cum Parochus M. Parochiam resignasset , mortis causa , Domino N. tunc Canonico : hic , eo mortuo , Vicario per annum Parochiam curam commisit , quod Subdiaconus tantum esset ; annoque elapso cum resignavit Domino V. cum quo . librarum pensione probata in Romana Curia multo ante Regis Declarationem , quae dictas pensiones non nisi post quinque annos servitium annuum permittit . Nihilominus dictus N. alterum Canonatum adeptus ( per resignationem in Romana Curia receptam ) ea conditione , ut priorem intra annum dimitteret , eo se abdicavit cum pensione librarum 300 . aliarumque 300 . librarum ex Beneficis provenientium ; & quia Resignatarius non potest nisi 240 . libras annuas ex Beneficis percipere , creavit pensionem librarum 60 . ut conficeret 300 . libras , quas penderetenebatur . Deinde Dominus N. hunc alterum Canonatum , & Capellas , pure , & simpliciter resignavit , quin pensionem , aut Beneficium sibi relinqueret ; atque ita Ecclesiasticus ejus proventus tribus tantum pensionibus continetur , una scilicet 300 . librarum ex Parochia , & duabus aliis ex prioro Canonatu , librarum omnino 300 . quia 240 . libras annuas dimisit resignans Capellas , seu Beneficia simplicia . Porro notandum est Dominum N. sibi sumptibus pensiones ex veteri Canonatu , quia plus quam quadraginta annorum spatium ei deserierat . In praesentia scire cupit , an tuta conscientia dictas pensiones , & elapsos fructus exigere possit , cum nulla amplius possidet Beneficia , quorum partem in eo impendit , ut duo nepotes in collegiis educarentur , atque ita istis Beneficiis occupandis idonei fierent , quae quidem iis resignavit , quaeque illi recipi possident ?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat , non licuisse Domino N. librarum 300 . pensionem sumere ex Parochia , quam Domino V. resignavit , cum eam non nisi per annum tenuerit , eique non deserierit ; dum enim eam Parochiam occupavit , ejus retinenda annuum vel habuit , vel non habuit ; quod si eam non occupavit , nisi ut alteri traderet , nec potuit , nec debuit illum ex ea lucrum percipere , adeo-

que quicquid percipit , restituere tenetur , seu de eo anno , quo Parochiam tenuit , sermo sit , seu de pensione , quam inde retinuit . Hac est sententia C. Commissi de electi . in c. Ceterum si promovendi ad sacerdotium non intendunt , Parochiam receptam Ecclesiam , ut fructus ex ea per annum percipiant , ipsam postmodum dimittant , nisi voluntate mutata promotus fuerit , tenebitur ad restitutionem fructuum eorumdem , cum eos percipit fraudulenter . Et Bulla Pauli IV. Inter ceteras , relata in Bulario n. 12 . si qui beneficia pro se ipsis , & intentione ad postmodum in favorem aliorum quantumvis idoneorum cum pensione , aut commodo , aut sine eo resignandi obtinere procuraverint , excommunicationis sententiam sine ulla alia declaratione incurrant .

Si hic Ecclesiasticus Parochiam acceptans ejus retinenda intentionem habuit , & aliqua legitima causa deinde suborta eam post annum deserere coactus , debuit id facere pure , ac simpliciter sine pensione ; neque enim videtur rationi consonum , hominem , qui in Beneficio non laboravit , compensationem percipere , quemadmodum et converso aequum est , percipere , cum laboravit . Non sunt sane causae illae sumende pensionis ex Beneficio ; at eorum nulla in Expositione in medium adducitur . Praeterea cum pensiones odiosae sint , quia graves sunt Beneficis , quorum proventus imminuant contra hanc invertebat regulam Juris : Beneficia sine diminutione conferantur , non nisi gravibus de causis earum usus extendendus , eaque admittenda sunt ; adeoque cum non apparet Domino N. dictae pensionis 300 . librarum ex Parochia sumende ullum satis firmum titulum praesto esse , tenetur ille perceptos fructus restituere , & 300 . librarum pensione Parochiam liberare .

Decisum hac die . . . an. 1692 . G. Fromagau .

C A S U S I I I .

Parochia petita a Religioso Reformato .

Religiosus Ordinis Reformati ad Parochiam nominari non potest ex solo Episcopi , ejusque Superiorum consensu . Ad id opus est peculiaris , eademque factis expressis , & clara Pontificis dispensatione . Debet enim obtinere , antequam ad Parochiam nominetur ; ut qui consulari , agra admodum ejusmodi dispensationem consequi possit .

Q U E S I T U M .

Domini Doctores rogantur , ut velint super hac facti specie dicere , quid sentiant . Monachus Reformatae Congregationis ob maxime legitimas causas obtinuit a sua Superioribus veniam transirendi ad laxiora . Ille utpote infirma valetudine sexcentis redditus libris , ut subsisteret , indigeret ; & quoniam nulla Monachalis sedes hanc summam suppeditat , & Monasterium , e quo egreditur , ob incommoda , quae sequerentur , nullam eipensionem statueret vult ; querit , an tuta conscientia Parochiam acceptare possit , ac possit ad aliquam earum , quas conferendi jus habet , a Monasterio nominari ? Religiosus , pro quo consultatur , habetur apprime virtute praeditus , & satis idoneus officio Parochi , cum ejus agritudines non nisi cum vigiliis , jeuniis , abstinentia , aliisque accurate reformationis asperitatibus conciliari non possint , nec , quominus Parochi munere perfringatur , impediatur . Est etiam propemodum indubitatum , si Beneficium proventus sexcentas libras excederet , quod superesset , pauperum fore . Facta hypothese id fieri posse , indigetne Religiosus Pontificis dispensatione , ut hanc Parochiam obtineat , quia commune jus in Lateranensi Concilio c . Monachi , de statu Monachorum institutum retrahitur ? Satisne esset Ordinarii acceptatio ? Fagnanus 2 . p . tertii libri de juriis in cap . quod Dei vimorem , de statu Monachorum n . 17 . priori sententiae subscribit . Contra Barbofa tom . 2 . in lib . 3 . Decretalium in cap . possessionem , de rebus Ecclesie alienandis , n . 4 . posteriorem sententiam tueri , Episcopi officii acceptationem sufficere . Si a Romana Curia dispensatio obtinenda sit , queritur , obtinenda ne sit , antequam Religiosus ad Parochiam nominetur , an vero expectari possit , dum a proprio Monasterio , aut ab aliquo alio Collatore nominatus fuerit ?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat , juxta antiquos Canones Monachos ad Parochias eligi potuisse . Id quippe potest veitum fuit , ut licet intelligitur , quod ad hanc Parochiam Commune jus , quod antiquum emendavit , licet privilegii Regularibus tantum Canonici reservavit , qui licet Religionem profiteantur , his tamen secularibus Beneficiis pro susceptae vitae ratione magis , quam ceteri Monachi conformes sunt .

Int. Id omne expressum est in cap . quod Dei vimorem eodem titulo . Sed illud admittendum est ex Jure veteri , nullum Religiosum in Parochiam eligi consuevit , nisi cogente necessitate , aut Presbyteris secularibus deficientibus c . Praefici dist . 55 . ac tunc quidem illud quod requireretur , ut necessitas , aut magna utilitas Canonico Regularum Parochiae Episcopo subiectae praefici pollerent , & qui e Parochia essent , id maxime optarent . Hac mens est capituli quod Dei vimorem l . cit . idemque animadvertit Barbofa in hoc caput num . 6 . Notatur ad hoc , quod Regularibus de jure posse promovendi ad Ecclesias Parochiales seculares , dummodo illarum concurrat necessitas , nec utilitas , quibus Regularibus praeficiendi sunt . Cardinalium in Tridentinum Synodum Congregatio , quam refertur Garcia de benef . 7 . p . c . 20 . n . 32 . & Corradus l . 6 . c . 1 . num . 21 . de disp . Apost . optimum factu judicat , ut aliter Pontifex non dispenset . Nihil autem concedendum , nisi instante Episcopo , pro necessitate , vel utilitate Ecclesiae .

Hac quidem in re inter Auctores plethoricum convenit . At iidem in diversa abeunt , dum inquirunt , an Canonico Regulari , ut Parochiam Episcopo subiectam obtineret , necessaria esset Episcopi dispensatio , ut vero Episcopi permisso sufficeret ? Videtur potest hoc in re Barbofa l . 1 . c . 43 . n . 223 . de jure Eccles . & Sanchez l . 7 . moral . c . 29 . n . 65 . & 66 . Ut res habeat , certum est ex Jure novo , instituto in Lateranensi Concilio sub Leone X . dicitur , Regularis Regularibus ; Secularibus Secularibus ; id in more positum esse , ut Religiosus Parochiam ab Ordinario pendente tenere nequeat absque Sedis Apostolicae dispensatione .

Hac est sententia Rebuffi in concord . tit . de coll . S . volumus ut dispensationis , & alio in loco in sua Praxi Beneficentia tit . de disp . cum Regal . num . 5 . & 6 . Quandoque dispensatur , ut Religiosus Curam habeat , & Ecclesiam Parochialem , quod prohibetur in cap . Monachi de stat . Monach . qui plangenti , non decetia habet officium ; quod est verum , nisi sit Beneficium curam sui Ordinis ; & per fundationem illi additum ; tunc ad praesentationem Abbas poterit Curam praefici etiam sine dispensatione : Clem . ut Possessor . & n . 7 . dispensatur etiam cum Regulari , ut secularis Beneficium habeat , in quo praefici est omnino de jure prohibitus , d . c . Monachi de stat . Mon . suae enim volumus committendis Regularibus , & secularibus secularibus S . volumus , de collat . in concordat .

Barbofa in cap . quod Dei vimorem n . 2 . ait sibi visos esse in Romana Curia Advocatos , qui Beneficium seculari a Canonico Regulari absque dispensatione teneri posse sidenter assererent ; at magnum sibi frapulum ex eo injectum esse , quod contrariae sententiae Doctores asserant : Non mihi minimum stupulum inest alia Doctorum restituo asserentium dispositioni hujus tenoris fuisse derogatum per concordantia concilii Lateranensis sub Leone X . Papa . & sic etiam non licere Canonico Regularibus secularia Beneficia curam obtinere , prout significatur in pluribus SS . Pontificis . Sane Sanchez l . 7 . mor . c . 29 . n . 71 . in medium asserit Decretum Gregorii XIII . prohibentis , ne Canonici Regulares citra dispensationem Parochias obtineant ; idemque Barbofa l . c . n . 3 . sententiam suam aperit in haec verba : Hodie nullus Regularis est capax Beneficii Curati absque Pontificis dispensatione ; quia ita observari videmus , & insuper emanavit quaedam declaratio sacrae Congregationis Concilii Tridentini , per quam jam nulli Regularis possunt sine dispensatione Apostolica Beneficia Curata nec in perpetuum , nec ad tempus habere .

Cardinalis Corradus l . 6 . dist . Apost . c . 1 . num . 7 . & sequitur quaeestionem in utramque partem , tandemque in neutrum descendit : At vero ego in tua praxi ad negativum inclinandum esse existimo ; nimirum Canonicos Regulares non esse admittendos ad Curam Parochialem Ecclesiarum absque Sedis Apostolicae dispensatione . Ita enim fuit restitutum per sacrum Congregationem Episcop . & Regal . 1 . Septemb . 1630 . & sic videlicet servatum in praxi a qua vera legitimum interpretatio desumitur .

Asserit deinde , quod supra dictum est de Lateranensi Concilio sub Leone X . illud enim est , quod factis urget , nempe quia supradicta dispositioni tenetur in d . capite , quod Dei vimorem s . suis derogatum per Concordantia Leonis X . tum ita conclusit : quapropter absque titulum est , ipsi Canonici Regularibus non posse conferri Beneficia secularia , prout non modo reserunt omnes peritissimi & antiquissimi Civiles , verum etiam multi SS . PP . significaverunt . En quod ad Regulares Canonicos spectat ; nam quoad Religiosos alios id nullam difficultatem patitur , ut ait Corradus n . 15 . cujus haec verba sunt : Hac autem quoad Canonicos Regulares ad Beneficia Curata . Quoad vero alios Regulares eos etiam arceatibus resibus superioris allegatis omnino esse inhabiles ad ea Beneficia obtinenda non ambigunt .

Hoc posito , ad propositas quaestiones tres respondetur , Ad primam , Religiosum , de quo quaestio est , Parochiam acceptare non posse , & a Monasterio reformato , quod ad Parochiam praesentandi jus habet , ad eam nominari non posse , quia ut Regularis seculari Beneficio obtinendo ineptus est , nec minus ineptus esset , si propter veniam transeundi ad laxiora se transferendum curaret . Nam juxta Tridentinum Synodum Sess . 14 . c . 11 . de reform . Regularis trans-

latus , ullius curati Beneficii suscipiendi est omnino incapax , etiam si Canonico Regularis fuerit ; ad Beneficia secularia etiam Curata omnino incapax existat . Ceterum non desunt Presbyteri , qui Parochiam hanc administrarent ; maximum hujus Ecclesiae bonum ejusmodi Parochiam non requirit ; Episcopus loci non eum effugiat . Jam vero id omne necessarium esset , ut hic Regularis ad Parochiam , de qua agitur , nominari posset .

Ad secundam quaestionem , Regularium hunc ejusmodi Parochiae , quae Beneficium seculari esse , tenenda ineptum esse absque Pontificis dispensatione . Ita sentiunt Auctores laudati , alique plures Canonice , quos asserunt Barbofa , & Cardinalis Corradus l . c . Idque etiam fit certius , si Regularis , de quo agitur , se ad alium Ordinem transferendum curaverit , propter Tridentinae Synodi prohibitionem , de qua dictum est . In Gallis usus obinet , ut Regularis translatus a Sanctae Sede dispensationem obtineat , quod Beneficium tenere possit , ut ex Auditorium Diario licet intelligi 1 . p . 1 . 4 . c . 2 . ubi refertur Rescriptum anni 1642 . editum adversus Franciscanum Fratrem , qui ad Sancti Augustini Ordinem se transferendum curaverat , absque Regularium curam susceperat absque peculiaris dispensatione , quae Beneficia obtinendi capax declararet . Idem docet Fevretus l . 2 . c . 3 . n . 11 .

Itaque non satis esset Religiosum , de quo quaeritur , Episcopi probatione gaudere , ut hanc Parochiam suscipere , opus est Romane Curiae dispensatione . Barbofa periculum non habet , quod in expositione dicitur , solum Ordinarii permissionem sufficere . Tradit ille , perinde ac Sanchez , quem laudat , id unum , quod Jure veteri permissum erat ; tunc enim Regularis Parochiam sumere poterat , Ordinario permittente ; quod Jure novo non amplius licet ; et verba Sanchez l . c . n . 71 . Hac autem sunt arceatibus tenentibus dicta ; nam hodie nullus Regularis est capax Beneficii Curati , absque Pontificis dispensatione , quia ita observari videmus , & insuper emanavit quaedam declaratio Congregationis Concilii Tridentini , cujus verba haec sunt : Dominus noster Gregorius XIII . voluit licet Canonici Regularibus , etiam de licentia sui Generalis , absque permissu S . P . assumere curam animarum , etiam ad tempus .

Ex his , quae supra ex Barbofa allata sunt , facile intelletus est , nunquam exilitatum fuisse , quod in expositione dicitur , Episcopi permissionem hodie satis esse Regulari , ut Beneficium curatum obtineat ; id si in dubio vertitur , videri potest l . 1 . c . 43 . n . 223 . & l . 3 . c . 4 . num . 80 . de jure Eccles . universi .

Ad quaestionem tertiam , expedire , ut Regularis , antequam ad Parochiam nominetur , a Romana Curia dispensationem obtineat ; nam absque dispensatione ad eamdem ineptus est , praesertim si ad alium Ordinem migraverit . Verendum est etiam , ne Pontifex , si adhaeret Congregationis Tridentinae Synodi sententiae ; nihil tamen concedendum , nisi instante Episcopo pro necessitate vel utilitate Ecclesiae , renuat , quam peret , dispensationem eidem concedere . Est sane non satis graves rationes asserit , ut ad hanc gratiam sibi impediendam Pontificem moveat .

Decisum in Sorbona hac die 16 . Februarii ann . 1693 . G . Fromagau .

C A S U S I V .

Unius Parochiae subditi ad aliam translati .

Qui officinam ferrariam emie suam in Dioecesi , & Parochia alia ab ea , in qua domicilium habet , non potest transferre jus Parochiae ad locum , in quo moratur , & eos , qui sibi laborant in officina , debet in ea Ecclesia relinquere , ad quam se conserant , prius quam ipse officina dominus ejus .

Q U E S I T U M .

In Abbacia J . dioecesis T . est Parochia , cujus subditi omnes domicilium habent seu resident in Jurisdictione dicti J . Ibi existit officina , quae olim ad Abbatiis pertinebat , sed alienatione devenit in potestatem Domini C . degenti A . in Dioecesi C . tribus leucis inde distat . Omnes Villici & Operarii , qui haecsum cum suis familiis , & officiis peculiaribus in hac officina morati sunt , dictae Parochiae J . subditi semper sunt habiti , & ibidem omnia , quae Christianum hominem decet , curant , & ibidem omnia , quae Non ita pridem visum est Domino G . in eadem officina creare atque alere certa mercede Villicum , famulum , aliosque non paucos domesticos , qui quidem fere ibidem resident , nec ad domini sui domicilium A . proficiscuntur , nisi ab eo vocati ad aliqua urgentia opera , in quibus eos ille detinet ut summum duobus tribusve per annum mensibus . Queritur , utrius Parochiae subditi censendi sint hujusmodi homines ; atque in utra Christianae Religionis officia implere debeant , an scilicet in Parochia J . in qua diarias versantur ; an vero in Parochia A . in qua eorum Dominus degit ? R .



R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat, cum officina, de qua in Expositione dictum est, existat intra Parochiam J. quae eam incolunt, ab immemorabili tempore in dicta Parochia morati fuerint, parum ejus interesse, ad quem officina pertinet, five sit Abbatia J. five quivis alius, ut ad eandem Parochiam spectare censetur, id enim ab origine pendet a solo, quod uni certe Parochie potius quam alteri tributum est in eum finem, ut loci Pastor incolarum curam gereret, nec perverteretur ordo, qui in Ecclesia vigere debet, ut loquitur Tridentina Synodus sess. 14. cap. 9. & ut quisque Pastor suarum ovium rationem habeat: Optima jura distincta sunt Diocesi & Parochia, ac uniusquisque gregi propriis vicibus Pastores & inferiorum Ecclesiarum Rectors, qui suarum quisque ovium curam habeant, ut Ecclesiasticus ordo non confundatur.

Quod si qui in officina degunt, ei inserviunt, qui ad aliam Parochiam pertinent; id nihil refert; I. quia hi suppositi servi non nisi obiter ad suum dominum pergant ob urgentia opera, adeoque duobus tantum tribusve mensibus apud eum manent, & reliquo anni tempore in officina persistant. II. recipiunt Sacramenta in Parochia J. non autem in Domini Parochia tribus leucis ab eadem officina dista, & quidem in alia Diocesi existente. Ceterum etiam post alienatam officinam, qui eam incoluerunt, fuere Parochia J. Uno verbo servi majore anni parte alicubi morantes, ad loci Parochiam pertinere censentur. Videri potest Lessius l. 2. c. 40. dub. 18. n. 121. & l. 4. c. 2. dub. 7. n. 47. de jure & just. ubi domicilium absolutum distinguit ab altero quoad Parochiam & Sacramenta.

Denique nec jus nec potestas penes eorum dominum est mutandi Dioceseon, aut Parochiarum limites ab eorum exordio statuto auctoritate suprema, atque ita Ecclesie ordinem invertendi, ut dictum est, ne Ordo Ecclesiasticus confundatur. Ex quo sequitur officina, de qua quaeritur, incolas semper, ut antea, censendos esse ad Parochiam J. pertinere, ibique, quod subditorum est, prestare debere.

Decisum in Sorbona hac die 30. Augusti ann. 1702. G. Fromagou.

C A S U S V .

Parochia, in quibus Vicarii perpetui creandi sunt:

- 1. Capitula in Ecclesiis, in quibus ipsa primitivorum Parochiarum titulo gaudent, Vicarios perpetuos, non vero Sacerdotes amovibiles creare debent.
2. Legitime potest Sacerdos obtinere a Romana Curia provisiones ad Parochiam, quae ab amovibili tantum Vicario administratur, cumque ista ei provisum fuerit, sui Episcopi Visa consequi.

Q U A E S I T U M .

Rogantur Sorbonae Doctores, ut duabus hisce questionibus satisficiant.

Prima est, an Capitulum, quod in Urbe muro septa Parochi primitivi dignitate gaudet, possit delegatis Presbyteris amovibilibus hanc Parochiam regendam tradere. Opponitur id necne Concilii, qui Vicarios perpetuos in titulum requirunt, & Regis declarationi an. 1686. id precipienti? II. Et, an idem Capitulum tuta conscientia possit se juridice opponere Sacerdoti, qui, cum Romana Curie provisiones, siveque Archiepiscopi Visa obtinuerit, hujus Parochie possessionem iniiit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum censet, I. necesse esse; ut Capitula Vicarios perpetuos, non autem Presbyteros amovibiles statuant in his Parochiis, in quibus Parochiarum primitivorum titulo gaudent. Ita definitum plura Parisiensis Senatus Rescripta, & praesertim quod die 15. Martii an. 1661. adversus Clermontii Capitulum editum est in modum Reformationis ad Regis Curialium conclusiones; in quibus distinctim proponuntur rationes, propter quas in Parochiis, quae capitulis pendunt, Sacerdotes ad nutum amovibiles ferendi non sint. Declaratione diei 29. Januarii an. 1686. firmata est hac Reformatio, ac deinde etiam postremo Regis edito an. 1695. art. 24. statutum est, ut in hujusmodi Parochiis Vicarii perpetui constituerentur.

II. Ex hac responsione consequitur Presbyterum Parochiae, de qua sermo est, tamquam vacantis provisiones a Romana Curia, siveque Archiepiscopi Visa obtinere legitime potuisse. Quare cum ille titulo legitimo gaudeat, Capitulum, de quo

quaeritur, jure nequit repugnare, quominus hic Sacerdos legitime provisum possessionem adeat.

Decisum in Sorbona hac die 2. Augusti ann. 1695. G. Fromagou.

C A S U S V I .

Dimissio Parochiae in qua pensio obtineri non potest.

Parochus, qui post quadragesimum servitit annum Beneficio renunciare volens non potest a Romana Curia pensionem consequi, parum & simplicem dimissionem edere debet in manu Episcopi, qui electo praecipit, ut certam quotannis summam pendat huic Parocho; facta hypothese enim non habere, unde vivat.

Q U A E S I T U M .

Parochus aetatis anno septuagesimo quarto cum per annos quadraginta Parochiam administraverit, sentiens se numeribus suis, prout quidem haud tenuis loci Parochia postulat, obendis non amplius parum esse, resignare statuit in favorem Ecclesiastici per annos viginti, & amplius Ecclesiae deservientis, excluso nepote, integra vita Presbytero, & ad illud Beneficium occupandum idoneo. Quaerit, quid agere debeat, ut suam conscientiam in tuto ponat, & habeat, unde vivat reliquo vite tempore, cum Pontifex in Parochiis pensiones admittere omnino nolit?

Nota, quod Episcopus Diocesanus pensionem hanc necessariam putans tum quoad hanc Parochiam, tum quoad alias in sua Diocesi, resignanti auctor fuit, ut eam peteret, & resignatorio, ut promitteret. Queritur, ut tuta conscientia exhiberi possit simplex Libellus Senatui Provinciae, ut ereetur haec pensio, deturque, unde vivat, Parocho, qui Ecclesiae per annos plisquam quinquaginta valde accurate deservivit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat, oportere, ut Parochus, de quo in Expositione dictum est, pure & simpliciter Beneficium dimittat in manu Episcopi, liquidem illud ab ea pendat, tum vero Episcopus electo mandare poterit, ut quotannis certam summam huic Parocho solvat, facta hypothese ei non esse, unde vivat. Ut autem intelligatur, an ab Episcopo pensiones in Beneficiis imponi possint, absintum, & pro alimentis ejus, qui renunciavit Beneficio, videndi Layman l. 4. tract. 2. c. 18. n. 3. & Caballus l. 5. c. 4. n. 13. in practi. Illud cavendum est, ne hujusmodi pensio sit imposita ex praecedenti conventionis partium.

Decisum in Sorbona hac die 9. Aprilis ann. 1696. G. Fromagou, M. Chartron, G. Bourver, P. Salmon, Ph. De la cote.

C A S U S V I I .

Parochia proventus admodum tenuis unita Canonicali.

Cum Parochia proventus ad Parochi sustentationem non sufficit, potest Ordinarius ei Canoniciatum unire, servato juris ordine.

Q U A E S I T U M .

Parochus in Ecclesia Collegiata curam possidens a Rege deinde nominatus est ad ejusdem Ecclesiae Canoniciatum, cujus redditus est annui nummi aurei, & aliunde librarum circiter viginti sex cum Canoniarum Missarum obligatione ad mensum, & quadraginta Missarum communium, Parochie proventus annuus librarum est haud plus quinquaginta. Animadversione dignum est, post Tridentinam Synodum ejus decessores quatuor eam Parochiam cum Canoniatu possedisse.

Queritur, an hic Parochus tuta conscientia possit hae duo Beneficia unire; atque an id permittere possit sita Ordinarii potestate, an vero ob id ad Sedem Apostolicam confugiendum sit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum iudicat, si Parochie proventus minor sit, quam ut ad hujus Parochi honestam sustentationem sufficiat, licere Ordinario, servato juris ordine, Pa-

Parochia Canoniciatum unire juxta c. 5. sess. 21. Tridentini Concilii, ut per hanc unionem congruus proventus Parocho suppeditetur. At si fortuitus, certaque redditus Parochi sustentationi sufficiat, Canoniciatum simul cum Parochia retinere non potest, neque id Episcopus pati poterit, nisi ille, vel ejus praecessores privilegium a Sancta Sede obtinuerint; quia cum Parochia & Canoniciatum sint duo Beneficia, quae simul stare non possunt, juxta Tridentinum Concilium sess. 24. c. 17. eorum obligationes ab una eademque persona perfolvi nequeunt, licet ea duo Beneficia in eadem Ecclesia existant.

Decisum Parisiis hac die 17. Maii an. 1692. G. Fromagou.

C A S U S V I I I .

Parochia Capituli Mensae unita.

- 1. Capitulum, quod est in possessione Parochiam sua Mensa unim administrandi per Vicarios amovibiles, potest in eo persistere, donec turbatum non fuerit.
2. Clerici Simoniam servituti Parochia proventus Vicariis hinc locari possunt; ac mor hic admodum indecenti, magnisque incommodis obnoxio est.

Q U A E S I T U M .

Rogantur Sorbonae Doctores, ut sequentes quaestiones definiant.

Prima est, an Canonici possint tuta conscientia Parochia duodecim mille fideles communionis capaces complectenti, quae ipsorum Capitulum unita est, duos Vicarios amovibiles assignare, atque an Episcopo Diocesano tertio quoque anno dictos Vicarios de more approbare. Canonici coram Deo ab hujus magna Parochiae animarum cura liberi sint?

Secunda est, an hoc Capitulum possit praedium, ac redditum ab eadem Parochia pendente possidere, ac praeterea citra simoniam notam ex fortuitis proventus ducentas quinquaginta libras exigere, eo pretextu, quod in contractibus, qui tertis quibusque annis cum Vicariis inveniuntur, iidem declarent se quotannis eam summam tradere, ut se vindicant a ratione, quam reddere tenerentur, stipendii functionum suarum, cujusmodi sunt administratio Sacramentorum, funera, &c.

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat, juxta c. exsuperanda S. qui vero c. de Monachis, de praebendis c. in Ecclesiis de Capitulis Monach. eod. tit. in c. Communitatis Seculares aut Regulares teneri Vicarios perpetuos Parochiis sibi unitis praeficere; & id juris loco esse in Tribunalibus Justitiae secularis Regni, et consistit ex pluribus tum Senatum tum Consiliis Rescriptis. Itaque si Capitulum, pro quo consultur, ad Regnum spectaret, assertur necesse fore, ut hanc Jurisdictionem sequatur adeo uti ten bonamque subditis fidelibus, qui fore a constantibus, quam a transitoris Presbyteris melius regantur. Hac de causa Auctores Ultramontani ajunt optandum fore, ut Pontifex hanc disciplinam ubique statueret; ut videtur apud Prosperum Fagnanum in i. p. l. 1. decretal. de officio Vicarii c. ex parte a. n. 24. usque ad 17. Quoniam vero regula, quae in Gallia servatur, universim non obtinet, & Ecclesiae plures adherent juri, quod a Romanis Pontificibus aut ab Episcopo obtinuerunt, & praeterea id Juris Canonico niti videtur, ut appareat ex glossa Clementinae frequentes de excessibus Praeatorum, ad verbum, ad mensam; atque ita Tridentina Synodus videtur id Episcopi liberum relinquere sess. 7. cap. 7. de reform. cujus verba hoc loco in medium afferre lubet: Beneficia Ecclesiastica Curata, quae Cathedralibus, Collegiatis seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, seu Beneficiis, seu Collegiis, aut pils lotis quibuscumque annexa & unita reperiantur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicito providere procurent per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsi Ordinarii pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertis partis fructuum, aut majori arbitrio ipsorum Ordinariarum portione, etiam supra certa re assignanda, ibidem per deputandos animarum cura laudabiliter exercantur.

Illud pro certo habetur Capitulum in possessione, in qua quoad hoc caput est, persistere posse, quoad turbatum non fuerit, dummodo satis Presbyterorum Pastoralibus numeribus obediens idoneorum Parochia praeficiat, nec posse conscientia sua fatisfacere, duobus tantum Vicariis institutis, si Parochia servitium majorem numerum postulet.

Ad quaestionem alteram quod spectat, juxta Tridentinam Synodum loco supra laudato, oportere, ut Capitulum Vicariis amovibilibus, quod ad hujus Parochiae regimen deputat, stipendia tribuat, & hanc sanctam Synodum ea in re nihil novi dixisse, sed veteribus tantum Canonibus adhaesisse, cum

justum sit, eum, qui Pastoralis functiones obijt, ali gregis lacte; ita tamen, ut omnes proventus seu certi seu fortuiti ad Capitulum pertineant. Nihilominus probari non posse contractum, quo hi Vicarii statuatur tamquam villici & oeconomici fortuitorum proventus; quia hac agendi ratio repugnat antiquo Juri, quo prohibetur, ne Clericis Beneficia locentur: Non dantur Beneficia ad formam. Id tamen simoniacum quidem non creditur, sed assertur magis obesse, & ab Ecclesia mente alienum esse, quia aniam tribuit ejusmodi Clericis pro praestita opera summas a Subditis exigendi, & simonias perpetrandi, & quasvis gratia agendi periculo eosdem obnoxios reddit.

Decisum Parisiis 12. Septembris an. 1689. Augustinus de Lamez.

C A S U S I X .

Parochia in indignum collata.

Clericus, qui blatero habetur, & tamquam calumniosus clamatus est, indignus est, qui Parochiam possideat, & Episcopus qui ei provisiones negare debet.

Q U A E S I T U M .

Rogantur Sorbonae Doctores, ut super hac facti specie dicant, quod sentiant.

Duo Patres Capucini Missioni vacantes in Diocesi B. intellexerunt fratrem Presbyteri scandalose vivere cum puella apud Presbyterum ipsum versante. Camque illi suis colorationibus scandalum tollere non potuissent, procurator Regis & Legatus Generalis ei se immiscuere, & sententia judicaria statuerunt, ut ea puella expelleretur; tum hi duo Magistratus, comitante cohorte, Clerici domum ingressi puellam extrudendam curarunt. Ita ea fomiter egesta est. Clericus, qui insignis blatero est, & cui fuerit, sicutque etiam in multis Tribunalibus litigia multa tam civilia quam criminalia, se fratri comitem addidit; tum ambo ut eam injuriam ulciscerentur, suas querimonias demulcerunt contra Capucinos, & Legatum Generalem, quem accusarunt, furatum venisse, & re ipsa pecuniam, suppellectilem, & scripta furatum esse. Provinciae Senatus Consiliarium delegavit, ut eo profectus inquireret; percepto negotio, in Rescripto verba: Nostra dicta Aula suo Judio & Rescripto liberavit dictum R. accusatione dictorum A. (scilicet Clericus, & Joannes S. ejus frater) tamquam falsa & calumniosa, his in juncta poena librarum quinquaginta nobis solvendarum, ducentarum librarum census, omnium impostarum litigii contra dictum R. cui eadem Aula concedit Rescriptum legendum curet pro tribunali tum . . . tum ubicumque ei videbitur.

Quoniam hic Clericus, qui Presbyter est, ad parochiam, cujus provisiones petit, nominatus est, ejus Episcopus orat Sorbonae Doctores, ut decident, an possit ei concedere, quod postulat, & a exposta ejus indoles ipsum indignum, & parochiam possidendi incapacem reddat?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientie subscriptum existimat, Clericum, de quo in Expositione, indignum esse, qui parochiam possideat, ad quam nominatus est, quia Clericus, & praesertim pastor debet esse fama integer, ut suo gregi prodesse possit: blatero habetur bonum testimonium, inquit Sanctus Hieronymus in Epistola ad Rusticum, loquens de conditionibus, quae ad Clericalem statum amplectendum requiruntur. Porro qui blatero habetur, qui non uno in Tribunali multis uretur litigiis tam civilibus quam criminalibus, qui denique quod per summam temeritatem Magistratum calumnias fecerit, subit condemnationem librarum quinquaginta poena, ducentarum census, omniumque impostarum hinc, non potest censeri Clericus, cujus vita bene odor, cujusque fama sit integra, & irreprensibilis: bonus odor Christi bona fama est, inquit D. Augustinus l. 3. de Doct. Christ. c. 12.

Et quamvis non ita ille se fore cognosceret eorum Deo, ut appareat oculis hominum, satis est eum valem haberi, & acta authentica contra ipsum existere, ut, quoad ejus fama reintegrata non fuerit ineptus sit obtinenda parochia, quae plus quam aliud Beneficium integerrimam vitam postulat: Apostolici & praecipui est & exempli, ut habeatur ratio non conscientia tantum, sed etiam fama, inquit Sanctus Hieronymus Ep. ad Celsinum sub fin.

Ex his omnibus sequitur Episcopo B. jus esse negandi huic Clerico provisiones parochiae, ad quam est nominatus. Prudentem autem se geret, si in negatione alias rationes exprimat, ut si ille refragetur, Judices, ad quos confugerit non modo negationis causas cognoscant, sed etiam intelligant, quantum interit honori Ecclesiae, & animarum saluti fidelium gregi non praefici hominem publicis testimonis & acta authentica.



authenticis fama laborantem, qui a Clericalis vite ratione adeo alienus apparet, quique ob preteritam presentemque vitam se graviter arguendum exhibet; quod eum Parochia numeribus utiliter obsequi prolixum ineptum efficit.

Decisum in Sorbona hac die 6. Januarii an. 1696. G. Fromageau.

C A S U S X.

Parochia, cui addita est Annexa.

Parochia Annexam habenti, & diebus festis bis sacrum facienti non debet Episcopus permittere, ut Feria Sexta Majoris Hebdomadae bis Officium persolvat.

Q U E S I T U M.

IN Dioecesi, ubi pre paupertate cogitur Episcopus eam veniam Parochis tribuere, ut diebus Dominicis & Festis duas Missas celebret, unam quidem in Ecclesia Parochiali, alteram vero in Annexa, ut semper in mora positum fuit, debetne idem permittere, ad Feriam sextam Majoris Hebdomadae Officium quod attinet?

Ea est dubitandi ratio, quod Sacerdos sumpto vino cum Hostia particula non amplius jejunius est, ac proinde non amplius alteram Hostiam in Annexa sumere potest.

II. Ad duplex hoc Officium feria sexta majoris hebdomadae celebrandum illud requireretur, eum die precedenti idem fecisset; ea enim die consecratur Hostia postmodum sumenda. Jam vero ea regula est, ut bis Missam celebrandi permittitur Festis tantum & Dominicis diebus obtineat; Feria autem quinta majoris hebdomadae neutrius generis est; & quod inde consequitur, Feria Sexta officium ab uno eodemque Sacerdote in duabus distinctis Ecclesiis haud peragendum videtur. Praesto tamen est hujus venie concedenda gravis necessitas, quia in pluribus Annexis populus frequentior est, quam in Parochia, hujusque populi maxima pars die adeo sancto, cuiusmodi est ea Feria Sexta, Officio privaretur.

Quaeritur, an ad hoc incommodum evitandum possit necne Episcopus precipere, ut antemeridiana hora Feria ea Quinta dies festus sit, id quod fundamentum esset, ut duplicis Missae celebratio permitteretur? Praeterea quaeritur, possit necne Sacerdos particulam digito attingere, & ea sumpta, vinum, in quo erat, in vase satis nitido positum ad Annexam deferre, & una cum eo sumere, quod in altero Officio consecrasset?

Verum quin ea Feria Quinta bis sacrum faciendum sit, nonne possit Parochus ea ipsa die in Ecclesia Parochiali alteram Hostiam consecrare, quam in Ecclesia Annexa sumeret? Magisne dedecere Feria Sexta Majoris Hebdomadae eam Hostiam ad Annexam deferri, quam sacrum Viaticum, ut sit, agrorantibus non raro distitis ministrari?

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti, qui hanc expositionem viderunt, haud sibi persuadere possunt Episcopum T. permittere debere Parochis suis Dioecesis, ut Feria Sexta majoris Hebdomadae Officium bis peragant, aut mandare, ut antemeridianam Feriam Quintam praecedentis tempus festum sit, quo Parochus possit ea die sacrum facere tum in Ecclesia primaria, tum Annexa.

Incommodum autem, quod adducitur, nempe periculum fore, ut Populi in Annexis degentes Feria Sexta Majoris hebdomadae Officium priventur, non esse tam grave, ut recedendum propterea fiat a regula adeo generatim servari solita, non solum eadem die bis Communio percipiatur, nisi cum Ecclesia mos & consuetudo duas Missas celebrari permittit, ut proinde veteret, ne Missa dicatur, quin in ea Sacerdos communicet. Tradit id expressis verbis XI. Toletana Synodus, ut est in c. Relatum de Consecrat. dist. 2.

II. In Feria Sexta Majoris Hebdomadae Officio vinum ab Hostia particula sanctificatum omnino a Sacerdote sumendum esse, cum Sacerdos Officium peragens eo quidem die in eum modum communicare jubetur. Eam quippe caeremoniam mysterio non carere animadvertit Guillelmus Durandus in Rationali divinarum Officiorum lib. 6. de die Parasceves n. 26. neque eam pretermitti posse contra omnium Ecclesiarum regulam & consuetudinem; ac proinde spectandum non esse tamquam ablutioem, quae sumitur sub Missae finem.

III. Sacerdotem, cum post communionem non amplius jejunius sit, iterum communionem percipere non posse; cumque Ecclesia preceperit, ut qui per escitatum, aut alia de causa in prima aut altera Missa Natalis Domini ablutioem sumpsit, alteram Missam dicere nequeat, omnino standam esse huic regulae relatae, c. liquido de Consecrat. dist. 2.

Sylvestr. de Missa, quae. 7. Quando licet plures Missas in die celebrare, non licet tamen secundum veterum Paludanum di-

vere plures quam duas Missas, nisi in tali casu vel duas altera postea, nisi Sacerdos se jejunius, ita quod ablutioem primo non sumpsit.

Paludanus in 4. dist. 8. q. 2. Non licet pro necessitate celebrare non jejuni, sicut licet communicare: quia cum utrumque sit a Papa & universali consuetudine Ecclesiae prohibitum, salus Pa-pae vel generalis consuetudo potest dispensare. Invenitur autem de Communione in necessitate permissum.

Ex Concilio Niceno 26. q. 6. de bis, Communicandum in morte. De his, qui recedunt ex corpore, antiquae legis regula observabitur etiam nunc; ita ut si forte quis recedat ex corpore, necessario vasa sua Viatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis, recepta Communione, supervixerit, sic inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus enim his, qui a corpore recedunt in tradendo eis communionem, cura & probatio sit Episcopi.

Sanctus Augustinus in libro responsionum ad Januarium c. 6. de Consecratione dist. 2. c. liquido. A jejunio sumendum Corpus Christi. Liquido apparet, quando primo accipitur Discipuli Corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse jejunios; nunquid tamem propterea calumniam esse universae Ecclesiae, quod a jejunio semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut honorem tanti Sacramenti, in eo Christiani prius Dominicum Corpus intraret, quam caeteri cibi. - non precepit, (Charitas) quo deinceps ordine sumeretur: ut Apostolus, per quos Ecclesiam dispositurus erat, servare hunc locum.

Ex Concilio Africano 4. 8. de eadem materia de Consecrat. dist. 1. Sacramenta Altaris non nisi a jejunio hominibus celebrantur, excepto uno die anniversario, quo Coena Domini celebratur.

Decisum die 17. Aprilis an. 1678.

Aug. de Lamoignon.

C A S U S XI.

Parochia in Ecclesia Cathedrali.

- 1. Debet Episcopus creare Vicarium perpetuum in magna Parochia, quae ad Curialia munia obnoxia non nisi Sacellum in Ecclesia Cathedrali, & duos tantum Vicarios amovibiles habet. Id ut consequatur, imperare debet a Romana Curia, ut ei viculus conferatur, qui ejusmodi Parochia administranda idoneus sit.
- 2. Satis est ibidem Cathedrali Ecclesia Vespere celebrari.

Q U E S I T U M.

IN Episcopali Urbe admodum numerosa ex duabus Parochiis, quas habet, ea quae latius patet, & id omne complectitur, quod in Urbe majoris momenti est. Ecclesia Parochialis loco est tantum maxima Capella Ecclesiae Cathedralis, in qua quo Vicarii amovibiles a Capitulo nominati omnibus Curialibus functionibus perfuncturi. Una tantum privata Missa diebus Dominicis Festisque dicitur, cujus tempore concio habetur, inchoatur illa octava hora matutina, atque hora spatio universa sanctio absolventa est, ut liber locus Canonici relinquatur. Tertia aut quarta hora dicuntur Capituli Vespere, nullis distis pro Parochia. Vicariorum ei deservientium ingenium fere respondet proventui, qui est mediocrius. Existunt hac in Urbe Collegium, & Religiosorum Familiae quatuor. Hinc est, ut primarii Cives eas Ecclesias adeant audiendae Missae gratia, & Parochia sit propemodum solitaria, ad Parochialem Missam paucissimis tantum de populo convenientibus. Est etiam in Collegio Congregatio, ad quam, qui in Urbe primas tenent, pertrahuntur cohortationibus, Sacramentorum Penitentiae & Eucharistiae assidua susceptione, eos, qui in carcere detinentur, & agrotantes invivendi consilio, aliisque bonis operibus, in quibus illi exerceant; ac nec ii, nec caeteri Parochialibus instructionibus omnino adsunt, timeoque, nec immerito, Episcopum, ut alibi docentur, quemadmodum a Parocho docerentur, & ne haec exterior devotio speciei plus habeat, quam veritatis. Quaerit ergo Episcopus, quid in hujusmodi circumstantiis sibi faciendum sit. Congregationis conventus habentur ad octava usque ad nonam horam, Parochialis Missae scilicet, & Concionis tempore. Si vel tantillum mos hic invertatur, adeo fervidi fuit incolorum animi, ut tumultus, renitentia, & fortasse seditio timeatur. Quamobrem quaeritur, I. an Episcopus res ita, ut se habent, sinere possit?

II. An jubere debeat, ut Parochialis Missa canatur, & in Capella Parochiali secundae Vespere recitentur?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum, postquam id, quod modo exposuimus est, diligenter expendit, existimat nullam legiti-

legitimam causam praesto esse, quamobrem Vicarii amovibiles Parochiae, de qua agitur, ab influendis fidelibus abstinere possint, eosque proinde cogendas esse hoc officio perstringi, adeoque diebus & Congregationibus, ad quas pergunt subditi non pauci, ut cohortationes audiant, & Sacramenta percipiant, quaequomque illa sint, non exuam hunc officio a muneris, cui iustitia titulo additum fuit, obendo. Praeterea quod multi de plebe, qui peccatiuribus ejusmodi conventibus non interfiunt, spirituali, quae indigent, nutritione destituuntur, quia qui Parochorum loco sunt, eos non erudiant, & qui in Urbe caeteris praesant, non alia fortasse de causa Parochiam suam deseruerunt, nisi quod subsidia, quae alibi nascuntur, ibi desiderantur. Itaque Superiores censentur in conscientia fore teneri Vicarii praecipere, ut singulis Dominicis diebus Dei verbum explicent juxta Decretum Tridentini Conc. Sess. 5. c. 2. de Reform. quod distertis verbis Parochis mandat, ut diebus quibusque festis & Dominicis suos subditos instruant, doceantque, atque adeo rationem, qua id faciunt, eisdem designat: *liberari, Concilii verba sunt, & quicumque Parochiales, vel alii curam animarum habentes Ecclesiae quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impedit fuerint, diebus saltem Dominicis plebes sibi commissas pro sua & eorum capacitate pastore salutaribus verbis, docendo, quae sicut omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate & facilitate sermonis verba, quae eos declinant, & virtutes, quas sancti operantur; ut parvam aeternam videntur, & celestem gloriam consequi valeant.*

Hac sancta Synodus tam necessarium, omnibusque animarum Pastoribus tam gravem ejusmodi instructionem iudicat, ut velit Episcopos praestitum in id incumbere, ut eam reformationem servandam curent, ipsosque in eos quoque, qui se exemptos contenderint, ea potestate gaudent: *id vero si quis eorum praestare negligat, etiamsi ab Episcopi jurisdictione exemptum se esse praetendat, etiamsi Ecclesia quovis modo exempta diceretur, aut alium Monasterio extra dioecesis existentem forsitan annexa, vel unita, modo re ipsa in Dioecesi sine, provida Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud implentur: parvuli perierunt panem, & non erit, qui frangeret eis.* Quamobrem Episcopus qui sibi persuaderi patereat eas instructiones ad obligationem non pertinere, nec pro viribus daret operam, ut eam Reformationem cultodiendam curaret, ex eorum numero esset, de quibus ita loquitur Synodus: *provida pastoralis Episcopi sollicitudo dretur: quod eo verius est, quod juxta expositionem est, cur credatur instructionem in Congregatione traditam satis non esse, & virtutum eius notitiis nixam specie magis quam re talem esse.*

Non tamen ullo fore creditur eorum, qui ad eam Congregationem se conferunt, animos perturbationi, ut statim cogantur Parochialis Missae interesse: ita enim prius se componi necesse est, ut instructionibus saltem tam solidis, quam quae in Congregatione percipiuntur, pietas fulciri possit, quo illi propria experientia edocti sentiant utilitatem, quam percipiunt se subdentes doctrinae Pastoris, qui Tridentinae Synodi methodum secutus ipsis Religionis dogmata tradet; omnino sperare juvat fore, ut subditi sibi non desunt, cum Parochus suo munere fatisfaciat. Quoniam id Deus ipse praecipit, sua ipse benedictione id ipsum complebit; fere enim compertum sit Populus ferius ocyas proprii Pastoris patientiae ac merito sese dedere.

Instructiones habebantur commode matutinis horis inter aut post Parochialem Missam, quae privata dici poterit, quemadmodum adest in pluribus Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, in quibus instituta Parochiae existunt; & tempus inter septimam & nonam horam interjectum ad Missam, Concionem, & Instructionem sufficit.

Sed quoniam illud praecipuum est, ut Parochus hujus officii capax situatur, cum difficillimum sit Vicarios amovibiles suis omnibus dotibus praeditos esse, quae ad implenda Parochialis munia requiruntur; opportunum foret optimum remedium adhiberi scilicet in Parochia Titularum institui, cuius meritum incolis innotesceret, aut in quo id omne esset, unde brevi cognosci posset, videlicet multum doctrinae, pietatis, & zeli de animarum salute, & prudentia cum moderate & patientia conjunctae; quippe timendum foret, ne fervor & zelus vehementior aniam praebereat distentionibus, quae bonos effectus, qui ex ejus curis expectari possent, retardarent.

Verum ad institutionem hanc obtinendam haud e re esset peti Parochum a Capitulo, siquidem illud in hoc Beneficium Patronatus jure gauderet; sed quaerendus esset per sepe vitatus vir, qui provisiones a Romana Curia obtineret, quemadmodum se gessit Dominus Imbertus Sorbonicae Familiae Doctor, qui Parochiam a Vicariis amovibilibus, cuiusmodi est ea, de qua agitur, administratam ad nomina, nominationem Capituli L. quod ejus se verum parochum vendidit, obtinuit; quia si Capitulum confuleretur, & statim Sacerdotem Episcopo praesentaret, aut damnatum damnationi pareret, ut sine laetere, praesentatus non omnibus fortasse ad munus peragendum necessariis qualitatibus ornatus esset; atque ita negotium in Lamoignon Tom. II.

discrimen adduceretur, cum e converso consulta Romana Curia, quavis pro arbitratu creari possit. Et quoniam Pontifex in eum conferret Beneficium, qui primus petisset, hie quidem veri nominis jure gauderet, in Urbe mureo gradu insignitus esset, aptusque Parochiae in dummo lepta polidenda.

Ceterum hujusmodi Parochis satis magno reddita frueretur, licet omnino congrua pensio careret, si iudicaretur ex emolumentis, quae proximorum locorum Parochi percipiunt ex oblationibus, funeribus, matrimoniis, baptisim, regellis baptisimalibus, &c.; illudque obtineri possit, ut Parochio opulenter Urbani Clerici, quos nihil impediret, quominus ei suam operam exhiberent.

His ita constitutis, apta consilia iniri possent, ut subditi ad propriam Parochiam pergere cogentur, ac vix ac ne vix quidem utendum esset auctoritate, donec populi facilitas adhiberi, quia saepe fit, ut auctoritatis vis populos turbet, neque illi facile sedari possint, praesertim cum viri pietate ac doctrina praesantem renitentiam sustentant.

Quoad questionem alteram, haud opus esse praecipit, ut in Capella, ubi functiones Curiales obantur, alia, quam Cathedralis Ecclesiae Vespere recitentur, prout fieri solet in Ecclesiis Collegiatis Parochorum, in quibus existunt Parochiae, & in quibus non aliae quam Capitulares Vespere celebrantur. At status esset in hac Parochia Conciones & Catechesis institui habendas quibusque diebus Festis & Dominicis ante aut post Vespere.

Possent etiam pro pauperibus institui Caritas, ei similis, quae in Parisiensibus Parochiis Pastoris administrationi subiectis in usu est. Conventus hie praeter bonum, quod miseris, agrotisque pauperibus inde provenit, sancto federe Matronas & Parochum conjungunt, easque Parochia devinctum. Publica utilitas molliret animos, & proprii Parochi instructionibus consiliisque excipiendis accommodatos efficeret.

Decisum Parisiis die 26. Aprilis an. 1676. Augustinus de Lamoignon.

C A S U S XII.

Monumentum super unionibus Parochiarum ad Monasteria.

Q U E S I T U M.

INterest Gallicani Cleri providere abusi, qui in Ecclesias irreperit gratia & potestate Communitatum Religiosarum, quae magnum Parochiarum numerum sibi univendum curarunt, non modo contra antiquorum Canonum & novarum Reformationum disciplinam, verum etiam contra utilitatem populorum & Ecclesiarum peccantibus, quibus praesentibus sunt titulares non autem Sacerdotes amovibiles & revocabiles ad natum Superioris Religiosae Familiae.

II. omnes, qui in Ecclesiastica disciplina sunt proflus hospites & peregrini, norunt Occidentis Ecclesiam semper in id conspirasse, ut impedirent, ne Parochiae administrarentur per Presbyteros conductitios; & Concilia statuisse, ut ejusmodi abusus, qui per Clericorum inficitiam & avaritiam irreperat, aboleretur, & Parochiae a Titularibus regerentur.

Porro indubitatum est idem incommodum, ex unionibus provenisse, atque ex eo abusu, qui ab Ecclesia relictus est, quoniam Beneficiorum Curatorum extintis titulis, haec Parochiales Ecclesiae a Titularibus administrari desierunt, ac proinde ad eorum administrationem devenerunt, qui stabilitate destituti spectandi sunt tamquam Presbyteri, qui in Ecclesiis erant mercede conducti.

Id sacrosanctam Tridentinam Synodum, ut est vero simillimum, impulit ad Parochialium Ecclesiarum uniones penitus interdicens: ita ut, si Concilii Jurisprudentiam sequi volumus, omnes Parochiarum uniones post Concilium inlicitae nulle & abusive censendae sint.

Disciplina haec tanti fit a Iudicibus secularibus, qui caeterorum maxime negotia Ecclesiastica callere putantur, ut non ignorentur Parochias in Romana Curia Religiosis Familias unitas, post impetratas Regis Patentes Litteras, factaque homologatione in supremis Aulis, & inquisitione de commo & in commo, ab his tamen ipsis supremis Aulis eas uniones abusive declarantibus per Rescripta separatas iussit.

Extat hujus rei insigne exemplum in Parochia Nanterrensi dioecesis Parisiensis, quae a Religiosorum Sanctae Genevefse Seminarium, cui formiter unita erat, se juncta est Rescripto Magni Concilii, quod non obstantibus unionis Litteris in antecessum confirmatis, ejus electionem ratam habuit, qui ejusdem Parochiae tamquam vacantis provisiones a Romana Curia obtinuerat, eique deinceps ipsius Beneficii possessionem servavit, unionem, quae facta fuerat, abusive declarans.

Duae potissimum res spectantur ab his Magistratibus in hujusmodi unionibus.

Primo loco illud reputant veterum Conciliorum Patribus persuasum fuisse populos hominibus, qui pro libito revocari & amoveri possent, committendos non esse, nihilque cau-



se subesse, quamodrem Beneficii qualitate privetur Ecclesia; quae eorum omnium, qui ibidem baptizati sunt, quasi mater habenda est, cumque Beneficium sine titulo nullum existat, titulum proinde ei adimendum non esse, qui eisdem Ecclesiae sponsus, & eorum omnium, qui ibidem christiana Religioni nomen dederunt, spiritalis Pater est; iudicantque, cum Patris ratio secum afferat aliquid permanens, se facturos contra Pastoris juram, & contra eorum bonum, qui regendi sunt, ni frustrantur unioni, quae inter filios & patres, inter Pastores & oves intercedat. necesse est. Id autem ex eo sibi persuadent, quod animadvertunt antiqua Ecclesiae disciplina Pastores tam recto vinculo suis Ecclesiis conjunctos fuisse, ut non nisi difficillime se jungeri possent.

His omnino principis nixus Parisiensis Senatus in possessione Parochiae Diocesis Lingonensis retinuit Presbyterum, qui provisiones a Romana Curia obtinuerat, quamvis penderet ab Ecclesiae Cathedralis Lingonensis Capitulo, quod ab immemorabili Vicarios ad nutum amovibiles eidem praeficere consueverat.

Secundo loco animadvertunt Parochias Ecclesias non ob id solum institutas esse, ut spiritalia bona Fidelibus administrarentur, sed ob id etiam, ut earum proventus iuxta Sanctorum Decretorum dispositionem impendantur non modo in Fabrica & Presbyterorum ei deservientium sustentatione, sed etiam viduarum & orphanorum, omniumque generatim pauperum Parochiae, qui ea bona spectare possunt tanquam suum patrimonium, ad quod jus habent solo titulo paupertatis & necessitatis, in qua versantur; ut proinde Titulares iis injurias irrogent, & gravissimi coram Deo criminis rei sint nisi illissem pro viribus optulerunt.

Quamobrem Magistratus ipsi facile sibi persuadent ejusmodi uniones quae Ecclesiae Parochialis bona ad Religiosam Familiam transferunt haud esse conformes Ecclesiae menti, quae oblationes in Parochiis fieri solitas destinavit non Religiosorum sustentationi & nutritioni, sed indigentium & pauperum Parochiae, quae eos spectat tanquam filios, quos alere debet.

Has ob causas patrocinantur iis, qui eas uniones abolendas suscipiunt, idque eo libentius, quod norunt Tridentina Synodo, quae Parochiarum uniones absolute praecipit, praesto fuisse Galliarum Episcopos, qui Gallicanae Ecclesiae traditionem ad Synodum detulerant, & ejusdem Synodi Patribus significaverant tantum abesse, ut Gallicana Ecclesia eas uniones permitti vellet, ut postius in reformationis arti-

culis, quos ejus nomine ipsi exhibebant, postulari alia Beneficia Parochialibus Ecclesiis uniri, & de medio tolli Vicarios perpetuos Ecclesiarum a Prioratibus simplicibus pendentium, & Priores esse Titulares ipsorum Ecclesiarum, quantum redditus titularum duorum, nempe Priorum & Vicariorum perpetuorum separatione imminutos esse constaret; atque ita restitui veterem rerum ordinem, quo Parochiae Priores insignita a Vicariis cum titulo nequaquam administrabantur; nisi forte Prioribus contra jus factae Populorum curam penitus desererentibus, cogerentur Episcopi in ipsorum Ecclesiarum Presbyteros conductivos & amovibiles ponere, & deinde praecipere, ut Vicariis perpetuis & cum titulo animarum curam tribuerent. Occurrunt etiamnum hujus antiquae disciplinae vestigia in pluribus Ecclesiis parochialibus, quarum Titulares persistere Priores & Parochi, propterea quod eorum decessores, qui communi depravatione se abripi passi non fuerant, animarum curam merito retinuerant.

Sed quoniam Parisiensis, qui in Regno sunt, non illissem, quibus Senatus Parisiensis, & Magnum Consilium, principibus inhaerent, ac sepe in iudiciis, quae super Ecclesiasticis negotiis proferuntur, regulas valde diversas sectantur: summopere prodesse Ecclesiae, si obtineretur Regis Declaratio, qua sanciretur, ut Religiosa Familia Ecclesiis sibi unitis frui non possent, nisi annorum centum possessionem probarent; & uniones, quaecumque post id tempus factae fuerint, nullius roboris essent; aut saltem ostenderentur tituli, quibus instituta sunt, ut iuxta Ecclesiae regulas, & Regum nostrorum Constitutiones de illissem iudicaretur.

Eo autem major assilget spes fore, ut id Rex pro sua humanitate concedat, quod jam in Rescriptis in Jurisdictionis Episcopalis favorem editis secutus est disciplinam, quam Tridentina Synodus statuit; & quoniam ea per Oratorem Caroli IX. & Praetorem Regni curam recepta fuit, Regum praecessorum suorum mentem teneret, & sui auctoritate firmaret doctrinam Episcoporum Gallorum, qui ut Illustrissimus Lam-pascenus Reginae Catharinae Medicinici tunc retulit, scientia & religiose adeo inter omnes alios Antistites emicuerunt, ut omnium nationum, quae ad hoc Concilium conveniant, generali estimatione digni fuerint.

Aug. de Lames.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

P A T E R E T M A T E R.

Cum longe maxima inter proximos nostros obligatio Parentibus ipsi nostris devincti sumus, fuit apud prime rationi consonum, ut secunda Tabula Praecepta ab eo inciperent, quod id, quod debemus his fideliter reddere juberemur. Hoc autem Mandatum non tantum Patres & Matres spectat, qui nos in lucem dederunt, sed eos etiam omnes complectitur, qui nobis honorandi sunt, ut Patrum & Matrum quoad nos locum tenentes, vel ob eam, qua in nos pollent, auctoritatem, vel ob ipsorum dignitatem, vel quia nos iis indigemus, vel denique ob illud, quod funguntur, officium, ac ministerium.

Quoniam porro honor, quem sacrae Litterae Patribus ac Matribus exhibendum praecipiant, non estimationem modo ac reverentiam, qua eos prosequi par est, sed amorem quoque, obedientiam, iisque spiritalia subsidia suppeditandi obligationem significat; Casus proinde, qui e vestigio proponitur, eo spectat, ut cognoscatur, an Religiosus, cujus Pater & Mater extrema necessitate premuntur, e Monasterio egredi, ac Regularem habitum deponere teneatur, ut iis, Beneficio aliquo suscepto, vel aliter praesto sit.

Vide FILII. PARENTES.

C A S U S.

Subsidia, quae Regularis Patri ac Matri debet.

- 1. Regula, quibus statuitur obligatio, qua Regularis obstringitur, e Convivendo recedendi, ne Patri ac Matri substantia proficiat.
- 2. Cum exit e Monasterio, potest Regularem habitum deponere, Pontifice, vel saltem Superiore annuente.

Q U A E S I T U M.

Rogantur Sorbonae Doctores, ut ejusmodi questionem di-judicent.

An scilicet par sit, Regularem e proprio Conventu ad opem Patri ac Matri praestandam egredi, contra D. Trapae, & Sancti Thomae sententiam, & si id opportunum fuerit, an Regularem eidem possit habitum deponere, ad id autem opus habeat Pontificis dispensatione, ut Navarrus contendit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum putat, ad obligationem filii erga Patrem melius intelligendam, quid, & quotuplex

necessitas sit, explicandum esse, antequam questionem propo-sita fatishat. Est autem in universum necessitas indigentia, qua quis laborat. eorum rerum, quae ad mortalem hanc vitam trahendam sunt necessariae.

Illud porro convenit, necessitatem, quae Regularem, ut Patri optuletur, e Monasterio evocare valeat; non tantum esse oportere, quanta est ea, qua sub peccati poena nos adigit ad elemosynam in extraneum pauperem erogandam; quia opus Patri afferenda obligatio longe major strictiorque est. Necessitas urgens, seu gravis, ut loquuntur Theologi, quoad Patrem, quam quoad alium quolibet latius patet. Ita pronuntiat Cajetanus in questione 101. S. Thomae 2. 2. art. 4. Nec ad hoc magna desideratur necessitas, sed satis est, esse necessitatem habentem magnam latitudinem. Sanctus Antonius 3. p. tit. 16. c. 21. §. 1. contendit Patri indigentiam urgentem & gravem sentendam esse, cum ea ad-sint, quae enumerat in haec verba: In mediocri indigentia puta quis sine filio possit vivere, sed cum notabili saetura, seu detrimento sui status, vel conditionis suae; puta quia oportet eum mendicare, vel alii servire, cum magna indigentia status sui.

Quoad casum, de quo agitur, duplex necessitas distingui potest, gravis scilicet, & extrema. Cujusmodi prima sit, si praedictatum est; extrema autem est ea, quam S. Antonius

P A T E R E T M A T E R.

ninus ita describit: Indigentia maxima, puta quando parentes nullo modo sine filio possunt vivere, sed morientur fame, vel indigite, & similibus, quia sunt infirmi, vel in carcere, vel alia simili calamitate. Præterea urgens, seu extrema necessitatis nomine non actualis tantum parentum indigentia intelligitur; sed satis est moraliter providere, eos in alterutram facile brevique lapsuros, ut monet Sanchez l. 4. c. 20.

Hoc posito, proponitur responsum triplex. I. Peccat Filius, qui Religionem dat, dum gravi indigentia premittit Patrem, nec alia ratione ei consuli potest, quam si ille in societate remaneat, quia contra divinum & naturale jus agit, quo filii Parentibus indigentibus optulari, ac proinde non id vitæ genus, in quo id praestare non possint, amplecti tenentur. Haec Theologorum communis sententia est, & potissimum D. Thomae, Summ. 2. 2. art. 16. & in Summa 2. 2. q. 101. art. 4. ad 4. Ne quis autem pater de extrema tantum necessitate Sanctum Doctorem loqui, mentem suam explicat quæst. 189. art. 6. dum inquit: in aliqua necessitate constituti parentibus, e qua non nisi filiorum subsidio educi possint, filios ipsos Religionem amplecti non possunt: si vive, subdit, non sunt in tali necessitate, ut filiorum subsidio multum indigent; possunt praetermodum parentum obsequia, filii Religionem intrare. Cajetanus in questione 101. putat Div. Thomam hoc loco de magna, non de extrema necessitate verba facere.

Idem potiori jure statuitur, si parentes ad extremam indigentiam redacti sint. De utriusque porro generis necessitate explicari potest Lingonensis Concilii Canon 16. qui ita habet: Quicumque filii a parentibus praeter divini cultus abscedant, nec debitam reverentiam dependant illis, qui divinum cultum sibi praestitit debent profertur, anathema sit.

Quem errorem damnat haec Synodus, eum jam damnaverat Christus Dominus Matth. 15. v. 5. in Pharisis contententibus parentes in necessitate deseri posse, ut Deo, quod ipsis tribuere debuissent, offerrent: Quicumque dixerit patri vel matri: manus, quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecerit mandatum Dei propter traditionem vestram.

S. Antonius de officio loquens, quod patri filius in utraque necessitate exhibere tenetur, eandem sententiam amplectitur, & ratione ita confirmat: In his auctoris modis indigentis debet differre ingressum, quousque cesset indigentia; quae si nunquam cessat, debet ex voto dimittere. Evasio est, quia ea, quae sunt necessitatis & praecipi non debent dimitti propter ea, quae sunt supererogantis & consilii. Sed obsequi parentibus est necessitatis & praecipi jure divini, & naturalis de honoratione parentum; qui homo magis consistit in eorum sustentatione, quam in reverentia exhibitione. Quod verum est, inquit S. Antonius, etiam si Religiosis votum editum sit, quia votum, quod est illicitum, impleri non debet: Quia necessitas est implere votum licitum, non autem illicitum. Supposita autem indigentia parentum in dictis duobus modis, filius reverendo ingreditur Religionem faceret votum illicitum, & ratio est, quia res alteri obligata non potest alteri promitti licite; persona autem filii in illis casibus est obligata parentibus ad subveniendum: & ideo &c.

II. Auctores vulgo consequitur Regularem Professum teneri Monasterium relinquere, patri extrema indigentia laboranti opem laurum, si aliter id praestare non possit: Licentia petita, licet non obtenta a Superiore, quia praecipi, quod naturalis, & divini juris est, executio per votum impeditur non debet; quo referri possunt Dei verba apud Oseam Prophetam c. 6. n. 6. & Matth. c. 9. Relicta: Misericordiam volo, & non sacrificium.

Duplicem fere Theologi hoc loco exceptionem proponunt, ut nempe filius parentes gravi extrema indigentia oppressos videns, & Religionem tamen amplectens peccet, dummodo ipse, si in saeculo permaneat, Dei graviter offendendi proximo periculo obnoxius non sit, ex alia vero parte non aliunde, quam a filio, non a Religione, non ab aliis personis subsidium expectare possint.

III. Praecipua difficultas non in eo vertitur, an filius, qui a parentibus gravi indigentia laborantibus, Religionem amplexus est, egredi possit, ut illissem subsidio sit; sed an ipsum egredi expediat?

Respondetur, filium in hac facti specie egredi non teneri, sed solum istis parentibus pro viribus, & pro conditione optulari debere. D. Thomas videtur ita sentire, dum quaest. 101. laudata rem decidit his verbis: Ille vero, qui, cum est in Religione Professus, reputatur jam quasi mortuus mundo; unde non debet necessitate sustentationis parentum exire claustrum, in quo Christo consecratus, & se iterum saecularibus negotiis implicare. Deinde subdit: Tenentur tamen, saltem sui Praelati obedientia; & sine Religiosis statu, primum studium adhibere, qualiter ejus parentibus subveniant.

Et sane praecipi, cujus vi parentibus paupertate laborantibus subsidium ferendum est, nec semper obligat, nec eodem modo, sed praesentis status ratione habita. Conjugatus uxorem suam relinquere non tenetur, ut Patri gravi indigentia laboranti opem afferat, quemadmodum si liber esset; praeterea Regularis vi professionis Monasterio se dedit, ut proinde

Lames Tom. II.

praetextu necessitatis, qua Pater premitur, Religionem eo jure privare nequeat, quod illa in eum acquisivit. Ita sentiant S. Antonius, Sylvius, alique complures, quos Sanchez l. 4. c. 20. n. 17. moral. in medium adducit.

Sane difficile factu est, Religionem ad societatem revertentem haud de salute periclitari, nec a propriis status ratione desistere, dum regulari discipline non amplius addictus, huc illuc, ut Patri necessaria comparet, discurreat debet. Si subsidio praestando Religio impar sit, potest Superior Religioso permittere, ut id praestare studeat, qui egrediatur: ac vix credi potest, fore ut id ita exequi nequeat, & omnino, ut id praestet, egredi debeat.

Contrariae tamen opinionis rationes magnam praesertim soliditatem. Qui em propagant, quosque Laurentius de Peyrinis laudat tom. 1. de subd. q. 1. c. 9. ajunt, D. Thomae sententiam tum veram esse, cum Pater post filii professionem in paupertate incidit, non item, si professionem tempore, Pater paupertate jam laboraverit. Videri possunt Bassius, Navarrus in man. 2. 4. Suarez tom. 3. de Rel. l. 6. c. 9. n. 14.

Pronuntiant igitur I. Filium, cum Patrem paupertate premi videret, Religionem se devotum esse minime debuisse, & quamvis ejus professio valida sit, eum tamen, a Superiore petita venia, e Monasterio, ut eidem prospiciat, exire debere, modo in salutaris aptum ac proximum periculum se non conjiciat, & Religio nois Patris curam suscipere, prout quidem tenetur, ut inquit Pelizarius tom. 1. tit. 3. c. 6. 2. 1. de Peyrinis, alique. Haec enim filii obligatio naturalis & divini juris est, eaque proinde gravior, quam per vota contrahitur; haec etiam est ea posterior. Ex quo ita licet argumentari: cum duo praecipi concurrunt, nec ambo simul impleri possunt, prius, majusque servandum est. Atqui subsidii parentibus necessitate laborantibus exhibendi praecipi ejusmodi est; ergo Superior Religioso eam facultatem tribuere, ut Patri optuletur e Monasterio egrediatur, vel Religio ejus curam suscipere debet; aliter quippe ei injurias irrogat, & injustitiam committit.

II. Filius, qui Patrem in paupertate versari non ignorans Religionem amplectitur, ei optulandi obligationem secum defert, nec Professionis vi ab eo liberatur, eadem propemodum ratio est ac boni immobilis, in quod hypotheca sua Creditor gaudet; quicumque hoc bonum possidet, tenetur solvere. C. ex litteris de pignori, unde est tritum illud, Res tranfit cum onere.

III. Ex Juris mente l. cautela §. injuriarum ff. de cap. dimissis. reparanda injuria obligatio ladentem sequitur. Porro filius Religionem amplexus injuriam intulit Patri, quia cum solus juvare possit, in necessitate deservit; ad hanc igitur injuriam reparandam egredi debet, nisi subsidii Patri praestandi alia ei ratio non suppetat.

Ad id autem, quod additur, Regularem vi Professionis saeculo mortuum esse, hujus opinionis Auctores respondent id ita esse fictitios juris, & quoad aliquos tantum effectus. Id enim si quid evinceret, illud etiam evinceret, eum ne egredi quidem possit, ut Patri vel extrema necessitate laboranti optuletur. Ostendendum praeterea esset, quae demum de causa Religiosis saeculo mortuus non amplius naturali legi parere teneatur, quemadmodum antea tenebatur; conjugati porro hominis exemplum, quod adducitur, ac longino concludit; Matrimonium enim vinculum naturalis, ac omne strictioris juris est; ut proinde mirandum non sit, in hac facti specie obligationem, cum non adeo absoluta sit, minore esse, eique cedere. Jam votum, quod Religiosis emittit, non perinde obligat, ac naturalis juris praecipi, cujusmodi est illud, quo subsidium Patri afferendum mandatur; eoque magis, quod jure praesumitur, Deum, obligationibus saeculi contractis omnino non indigentem ultro suo juri cedere, vel illud remittere, siquidem quod promissum est, impleri non possit, quin gravis injuria proximo inferatur. Haec sententia est Laurentii de Peyrinis, & Valentii tom. 3. disp. 7. q. 1. 2. 2.

Qui porro opinionem priorem tenent, respondent, Regularem non plus quam potest, propriique status rationem, Patri optulari debere; & ob hanc quidem regulam nunquam eam necessitatem existere posse, ut propterea Monasterium omnino deserere teneatur.

Ad aliam propositi casus partem quod attinet, an nempe Religiosus, ut Patri optuletur, egrediens Religionis habitum deponere possit; posse creditur, cum officium suscipere debet, quod habitum retinet, cum dignitate obire non possit. Eius porro deponendi facultatem a Pontifice obtinere debet. Ita sentiunt Bassius l. c. n. 8. & Navarrus l. 3. Confil. 14. n. 3. de Regul. Solus est Papa facere facultatem manendi extra Monasterium sine habitu saecularium omnes. Quae quidem sententia mittitur capite secundo de vit. & honest. Cler. in 6. Verum Reginaldus putat hanc facultatem, si negotium urgetur ab Episcopo, vel a Superiore concedi posse.

Decisum in Sorbona hac die 30. Augusti an. 1693. G. Fromageau.

Vide Dictionarium D. PONTAS.